

## Vindiciae Venusinae.

Wer wissenschaftliche Momente aus dem Grunde verschmährt,  
weil sie nicht überall sogleich als fertige Resultate sich erwelsen,  
wird wohl am Ende auf alle Wissenschaft verzichten müssen.

Ante hos quatuordecim annos solemnibus hisce Gymnasii tabellis emendationes aliquot<sup>1)</sup> Horatii meas communicavi, quibus novem annis post eadem occasione oblata paucas, cum aliud agerem,<sup>2)</sup> addidi. Ex quibus ut vidi Kellerum et Holderum<sup>3)</sup> complures in editionem nunc absolutam receptas virorum doctorum arbitrio subiecisse, id quod unum erat in votis, ut mea qualiacunque quam plurimis existimatoribus innotescerent, in animum induxi, quam primum opellam inchoatam pertexere, qua poetae venustissimi praestantiam a scriptorum librariorum inscitia, incuria, fraude pro viribus vindicarem. Itaque primo capite viris doctis aliquot emendationes legitimas, altero libellum de numeris et metris, tertio emendationes eas, quae thesibus in arte metrica controversis, quas dicunt, nituntur, quarto, quae prorsus illegitimae videntur, commendabo, quinto denique de interpolationibus pauca dicam. Omnia vero lectori candido sic esse communicata volui, non ut recensionem me moliri putaret, sed studia mera proposuisse, quibus ingenium et meum et, sicui forte liberet, aliorum exercerem. Ceterum rem ita institui, ut verba, quae pro traditis vulgo feruntur, praeposita numeris locorum intermissis lectiones exempli peculiaris mei subsequerentur hunc in modum:

### Caput I.

1) audiet cives acuisse ferrum C I, 2, 21      audiet civile acuisse ferrum —  
Sed vide totum locum:      audiet cives acuisse ferrum,  
   quo graves Persae melius perirent,  
   audiet pugnans vitio parentum  
   rara iuventus.

Nuper vir doctus ‚negari‘ inquit ‚non poterit, male se habere illud *cives acuisse ferrum*, cum id ipsum desideretur, in quo summa sententiae vertitur, puta *contra cives*‘. Prorsus assentior, corruptelam inesse, sed, quo in vocabulo, quaeritur. Infeliciter *acuisse* meo iudicio temptarunt scribendo *rapuisse*, *iacuisse*, *cecidisse*. Sed conatum illum *rapuisse*, ut ferrum esset subiectum, iam merito, qui *iacuisse* proposuit, propter foedam ambiguitatem refutavit. Restant igitur *iacuisse*, *cecidisse*, quorum prius alteri similitudine valde praestat; sed neutrum probo. Sic oratio procedit: ‚audient posteri, primum bellum praeparatum, dein iusta proelia facta esse.‘ Repetito vocabulo *audiet pugnans* gradationem significari manifestum est ita, ut *pugnans ipsas* maximo cum pondere prolatas antecedere debeant, quae praeparaverint eas, dissidia dico, minas, motum civicum. Simili modo C II, 1 legimus: motum civicum bellique causas etc tractas i. e. narras primum motum civicum, dein bellum ipsum civile ex illo natum. Quod si ita res habet, vide, quid viri docti faciant poetam loquentem: ‚audient posteri, cives primum *iacuisse* (sive *cecidisse*), deinde pugnasse.‘ Apage vero! Accedit, quod vocabulum *acuisse* optime sententiae congruat, simili modo C III, 20, 10 usurpatum:  
   interim, dum tu celeres sagittas  
   promis, haec dentes acuit timendos  
En, habes leaenam arma sua, ferrum suum ad proelium imminens acuentem.

<sup>1)</sup> Schedae criticae = comm. I. <sup>2)</sup> De anapaesto in trimetris Aeschyli = comm. II. <sup>3)</sup> = Kh.

Itaque iamdudum in vocabulo *cives* nequaquam necessario mendum inesse suspicatus *civile* scripsi. Nemo sanus autem, qui *bellum, sanguis, acies, furor, arma* civilia cognoverit omnia, *de ferro civili* haesitabit. Dicit igitur poeta: „juvenes olim culpa *parentum* rariores facti audient, (eos) primum ferrum, quo Parthi melius perirent, contra *cives* (= civile) acuisse, dein iusta proelia conseruisse.“

2) ambiguam tellure nova Salamina futuram C I, 7, 29 ambigua tellure novam Salamina futuram — Promisit igitur Apollo, Teucrum alteram Salamina conditurum esse, sed, ubi terrarum esset illam conditurus, id suo more in ambiguo reliquit. Lectionis vulgatae sententia lepida fortasse videatur, certe spinosa, ne dicam absurda, et Apollinis ore prorsus est indigna. Dic, sodes, quid respondebis narranti, Carthaginem altera Carthagine in nova tellure condita factam esse ambiguam? Haud ambigue dices, orationem eam esse fatuam. Quo tandem pacto Carthaginem urbem ambiguam? Nomen fortasse? Apage vero! Nemo mortalium alteram illam non *novam* Carthaginem nuncupavit, si quid ambiguitatis subesse posset. Inspice modo Livium tuum.

3) quid prius dicam solitis parentis C I, 12, 13 quid? prius dicam solitis carentem — Eorum sententiam, qui Musae tribuunt orationem, amplexus vatem, qui viros initio praedicans Jovi honorem debitum detraxerit, sic a Musa merito succensente statuo compellari: „quid? ego vero prius praedicabo, quem tu solito honore carere voluisti.“ Verbum non addo veritate fretus, quia de loco vexatissimo res paucis absolvi non potest.

4) Liber et saevis inimica virgo C I, 12, 22 Liberi saevis inimica virgo — Iis assentior, qui dubitaverunt, num Baccho hic locus esset. Itaque sicut olim Catonem ex eodem carmine removi,<sup>1)</sup> secundo, nisi fallor, et omine et rumore, hodie pacis bellique medicum deturbo tigribus aliisque feris Dei comitibus invectis.

5) cui Pudor et Justitiae soror C I, 24, 6 cui Pudor et Justitia et, rogo, — Et foedissimum homoeoteleuton sepelivisse videor et meram insaniam.

6) veros timores C I, 37, 15 seros timores — Serum dicitur saepissime, quod sero quidem, sed certo venit cf. C I, 15, 19 heu serus adulteros crines pulvere collines C III, 8, 22 Cantaber sera domitus catena C III, 11, 28 seraque fata, quae manent culpas etiam sub Oreo, etc. Itaque frustra viri docti insignem doctrinam consumpserunt fortiter iaculati, qua timori vero nescio quem lymphatum sive crapula conceptum timorem opponi probarent. Habet quidem Horatius *veros dolores*, sed fictis eos oppositos, quae alia res est. Cleopatrae neque verus timor fuit neque fictus, immo vero, quae est contraria, laetitia gestiens, exultans, efferata, donec hostis advolavit.

7)	nec latentes	nec latente
classe cita reparavit oras,		gaza avidas reparavit iras,
ausa et iacentem visere regiam		aula tacente invisere regia
vultu sereno, fortis et asperas		vultu sereno fortis et asperas
tractare serpentes, C I, 37, 23		tractare serpentes, —

i. e. „noluit gaza detecta salutem redimere mulier satis fortis, quae in aula vacua serpentes hilari vultu intueretur et tractaret.“ Vides omnia ad amussim historiae congruere. Quam *vacuam* alio loco dicit aulam, eam *tacentem* hoc loco nuncupat, quo solitudo horrida melius depingitur. *Fortis visere et tractare serpentes* propter Venusinam verborum et constructionem et collocationem placebit. Verum, quod gravissimum est, crucem molestissimam, quae viros doctos etiamnunc torquet, quid sit *oras reparare*, frustra periclitantes illos eruere, delevi.

<sup>1)</sup> comm. I.

8) terret equos equitumque vultus C II, 1, 20 terret equorum equitumque vultus —

9) servitus crescit nova, nec priores C II, 8, 18 servitus semper nova, nec priores —

Res ipsa loquitur. Non est haesitandum, quod ad *priores* supplendum sit *servi*. Exemplis afferendis supersedeo. Singularis est noster in supplementis usurpandis.

10) et nimium mero C II, 12, 5 et nimio in mero —

De certamine Lapithas inter et Centauros sermo est, sententia haec: ,non cano Lapithas et Centauros, cum inter pocula nimis Baccho indulgissent, saevos etc.' Num putas, solum Hylaeum vino se proluisse, non Lapithas? Immo omnes, qui aderant, suo more. An censes Lapithas saevos fuisse, non Hylaeum Centaurum? Immo vero, saevissimus omnium fuit iste secundum fabulas. cf. Virg. Georg. II, 455 furentes Centauros etc. Ceterum ea est verborum Venusina et constructio et collocatio. Qui *nimum mero* explicare conantur, aut de ablativo limitationis cogitant, ut *nimius mero* sit, qui nimis biberit, aut instrumenti, ut sit nimis bibendo insolens factus. Quod ita revera factum esse cum fabulae doceant, proclive fuit, interpretes in eam explicationem illabi. Sed utrumque falsum. *Nimius* non est nisi nimis magnus, nimis multus. In omnibus locis, quos eo pertinere putarunt interpretes explicandis falsi sunt. Sed longum est singula excutere. Ad *nimio in mero* cf. C I, 18, 8 Centaurea monet cum Lapithis rixa super mero debellata Ovid. artis amat. I, 600: credatur nimium causa fuisse merum. am. II, 12, 19 Lapithas populumque biforem turpiter adposito vertit in arma mero. C I, 36, 13 multi Damalis meri. Ceterum moneo, Horatium raro *nimis*, saepissime *nimum* pro adverbio et ei quidem vocabulo, quo pertinet, semper proxime praepositum habere. Itaque C I, 12, 17 *Iliae dum se nimium querenti iactat ultorem* non est, quod poetam ambiguitatis arguas. *Nimum* non potest pro adiectivo cum *ultorem* coniungi, quae quidem per se optima sententia sit, sed est adverbium dupliciter illud referendum et ad *querenti* et ad *iactat*. Qua de relatione duplice, quae est quaestio gravissima, infra paucis dicam.

11) rapacis Orci fine destinata C II, 18, 30 rapacis Orci cuique destinata —

*Destinata* est ablativus et subaudiendum aulâ. Supplementum Horatianum.

12) quamvis non alius C III, 7, 25 quo quis non alius —

Sane mirum est, interpretes *quamvis* illud, quod sententiam prorsus absurdam reddit, adhuc tolerasse. Vide modo, quid faciant boni librarii, patiantur viri doctissimi poetam loquentem: ,cave, ne nimis tibi placeat Enipeus, quamvis equitando vincat omnes.' Scilicet timendum erat, ne propter eam virtutem horreret eum! Enimvero fugiebat librarios, quo sensu noster vocabulo *alius* cum ablativo uteretur cf. epist. I, 16, 20. II, 1, 240. Itaque iampridem conieci, quod hodie apud Kh videre potes, S II, 3, 208 qui species alias veris etc.<sup>1)</sup>

13) nelegens, ne qua populus labore, C III, 8, 25 ne cliens, ne qua populus labore,

14) nec vir Pieria pellice saucius C III, 10, 15 nec vir Pierius pollice saucius —

*Vir Macedo* non dicam, sed *vir Mercurialis* qui habet, quidni *vir Pierius*? Quod idem est. Miserrimus autem citharoedus non pectoris solum, sed pollicis etiam vulnere *nimia in arte* saucius venuste describitur. Memini vero, me, quod eo pertineret, simile, non, nisi fallor, idem in diariis nescio quo loco legere. Si quis igitur eam emendationem vel partem eius iam occupavit, libentissime concedo. Res enim agitur, non auctor.<sup>2)</sup>

15) maior an illi C III, 20, 8 Martia an illi. — En, *ἔquaϊον!*

16) immunis C III, 23, 17 impunis — De toto loco infra disputabo.

17) solo C III, 24, 39 salo —

<sup>1)</sup> comm. I. <sup>2)</sup> id quod de omnibus meis valere velim, cum ingentem litterarum silvam nemo mortalis pervagari possit.

De mari septentrionali sermo est circa polum, ubi solum frustra requiras, sed salo glaciali confictari debeas.

18) quo clamor vocat C III, 24, 46 quos clamor vocat —  
Totum locum inspicere: vel nos in Capitolium  
quo clamor vocat et turba faventium  
vel nos in mare — — — — — mittamus

Quid sibi nos illud repetitum vellet, adhuc nemo, pro certo affirmaverim, qui quidem attenderet, perspexit. Jam quos lucem et diem aperit. Sunt intelligendi, ne dicam proceres, boni cives et sapientes, quibus cum multitudo faveat, auspices eos et duces clamore sublato vocat.

19) et arcus C III, 26, 7 et artes —  
More poetarum usitato venustissime barbiton artes dixit suas. Itaque sepeliamus ascias, alia.

20) et vires animumque moresque C IV, 2, 22 et viros animumque moresque —  
Absurdum est, quod legitur. animum, mores sunt accusativi Graeci. Aurum est Pindaricum illud, de quo vide Furtwaenglerum ad Pindarum docte, ut solet, et ingeniose loquentem.

21) vinci dolentem C IV, 4, 62 vinci insolentem —  
Cladis profecto dolor qui esset, ignoravit ille numquam expertus. Enimvero interpretes, quos nihil non posse constat, vinci sic explicant: ‚si forte victus esset‘ aut simili modo; immo vero, talia de Herculeo labore ne mente quidem concipere fas est. Nimirum vincere solebat et, quid esset, optime cognoverat.

22) expediunt per acuta belli C IV, 4, 76 expediunt peracute ab illo —  
Sunt verba Hannibalis vaticinantis de Claudii Neronis posteris. Dicit igitur: ‚Gens Claudia nihil non perficiet, quippe cum appareat, Claudium istum et per Jovem et per suum ingenium atque industriam ab Hasdrubale defensum esse.‘ Ea mire cum Livii historiis congruunt. Ceterum, quae sint acuta bellorum, probe scio, quae belli, nescio.

23) felix post Cinaram notaque et artium C IV, 13, 21 felix post Cinaram mortuam et artium —  
Vide modo, quam feliciter haec verbo a sequentibus excipiantur: Sed Cinarae breves annos fata dederunt.

24) per ignes C IV, 14, 24 per ictus — cf. 9, 23, Deiphobus excepit ictus.

25) duraeque tellus audit Hiberiae C IV, 14, 50 duraeque tellus ultima Hiberiae —  
audit foedissima est corruptela. Oratio sic procedit: ‚te Nilus, Ister, Tigris, Oceanus, Gallia, Hiberia, Sygambri venerantur.‘ i. e. totus terrarum orbis.

26) te vita si superstite iucunda, si ep. 1, 5—6 te vita sit superstite iucunda, sit —  
contra idem est ac: si e contrario evenerit. Supersedeo locos, qui multi sunt, afferre.

27) an hunc laborem mente laturo, decet an hunc laborem mente ea, duos decet  
qua ferre non molles viros? qua ferre, non molles viros,  
feremus et — — — — — ep. 1, 9 feremus et — — — — —  
— — — — — forti sequemur pectore? —

Inspice modo totum locum, praecipue vero punctorum rationem, atque semel monitus mecum miraberis, qui fieri potuerit, ut viri doctissimi tale monstrum orationis perpessi sint: ‚Utrum persequemur an laturo?‘ Nimirum sumus suppleri velle videntur, quod absurdum est. Itaque alii cum persequemur etiam ad laborem referri velint, vide modo Kh, sic habent:

utrumne iussi persequemur otium, qua ferre non molles viros?  
— — — — — feremus et — — — — — sequemur.  
an hunc laborem, mente laturo decet

Nimirum sic procedere volunt orationem: ‚utrum persequemur otium, an laborem persequemur laturo

(ea) mente, qua decet non molles viros? Primum vides, ea paene desiderari, deinde, quod gravius est, *laturi* prorsus est supervacaneum, cum optime dicatur *laborem mente quadam persequi*. Jam vide conatum meum, quo sic procedit oratio: „utrum otium iussi persequemur, an vero laborem ea mente, qua ferre viros duros, non molles decet, feremus et te sequemur?“ Quamquam fateor, duros omni similitudine carere, verum et unam corruptelam alias saepe trahere scimus et fortasse veritatis pondus et auctoritas omnem scrupulum evellent. Utique videro.

28) meaeque terra cedet insolentiae ep. 17, 75 meaeque sella cedes insolentiae.

*Cedere pro incedere, ire* Venusinum esse constat.

29) multum demissus S. I, 3, 57 vultum demissus

30) quae post fabricaverat usus S. I, 3, 102 quae mos fabricavit et usus —

Quod legitur, non est latine dictum.

31) puris versum perscribere verbis, S. I, 4, 54 numeris versum et perscribere verbis, —

Collocatio verborum est Venusina.

32) atque animo prius, ut si quid promittere S. I, 4, 102 atque animo, prius ut, si quid promittere

33) hic atque ille? avidos S. I, 4, 126 hic atque ille? alios —

Cogitaveram de *animos* ut haberemus *aegros animos*, sed paullo post sequitur idem vocabulum, id quod alienum est a nostro. Recte habet *alios*, cum nonnullos mente fingamus aegrotos in vicinia, ex quibus unus moriens alios terret. Vulgatam defendendi et explicandi pericula sunt vel irrita vel ridicula.

34) quo fortes S. I, 7, 11 quod fortes —

Haec est sententia: „omnes homines litigiosi (iure molesti), qui propter controversiam (ob verbum)<sup>1)</sup> depugnant, simillimi sunt viris fortibus (idem sunt ac viri fortes); scilicet utrorumque ira capitalis est. Ea loquendi ratio *est, quod; sunt, quod* pro *idem ac* est usitatissima Horatii. Supersedeo exempla, quae permulta sunt, afferre. Quod relativum *quibus* non ad *fortes*, sed ad *iure molesti* refertur, id eo nititur, quod *iure molesti* in fine versus summo cum pondere, quae est indoles eius collocationis, positum est. Saepius ita loquuntur et Graeci et Romani, possum multos afferre locos, sed fortuito ita evenit, ut in proxime sequentibus idem et de collocatione et de relatione valeat.

35)

nisi dextro tempore Flacci

verba per attentam non ibunt Caesaris aurem,

cui male si palpere, recalcitrat undique tutus, S. II, 1, 18

nisi dextro tempore Flacci

verba per attentam non ibunt Caesaris aurem,

cui mali si palpere, recalcitrat undique mutus, —

Videlicet verba *cui male* — — — *mutus* ad Horatium referenda sunt, nequaquam ad Augustum. Finge modo, sodes, poetam Imperatori sicut equo palpantem, equum autem, ne dicam mulum, augustum illum, si Diis placet, calcitrantem; — quod magis hercle sit absurdum, foedum, indignum indole ac modestia Venusina, cogitari nequit. Tu vero, candide lector, aliam viam mecum ingredi. *Flacci* insigni loco positum cum gravitate quadam pronuntiabis. Quo facto si legendo ad *cui* perveneris, Flaccum auribus et mente sic comprehensum tenebis, ut paene coactus *cui* ad Flaccum tuum, non ad Caesarem referas. Itaque vocabulo *tutus* in *mutus*, quae, nisi omnia me fallunt, certissima est coniectura, commutato hanc sententiam habebis: „non nisi dextro tempore Caesarem *Flaccus* quidem compellabit, qui quamvis blandis mollibusque verbis sinistro tempore ad loquendum incitatus repugnat neque vocem emittit, sicut equus, cui male palpere, undique recalcitrat.“

<sup>1)</sup> comm. I. cf. Kh.

36) cena desurgat dubia? S. II, 2, 77 cena desurgat tumida? — cf. epist. I, 6, 61 ,crudi tumidique lavemur.' Quod si cenati sunt tumidi, quidni apud poetam cena? Certe *dubia* in dubio est.

37) invidiam placare paras virtute relicta? S. II, 3, 13 invidiam parta reparas virtute relictam?

38) multum celer atque fidelis S. II, 3, 147 vultum integer atque fidelis

39) tolerare iubebo;

et quondam maiora tuli. tu protinus, unde S. II, 5, 20

tolerare iubeto;

et quondam maiora tulisti. Protinus, unde —

Perquam absurda sunt, quae faciunt sive patiuntur bonum Ulixem narrantem: ,Paupertas contentus sum; dic igitur, unde divitias comparem.' Locum similitudine et splendore Homericum fulgentem sanasse videor.

40) Quidquid dicam, aut erit, aut non:

divinare etenim magnus mihi donat Apollo S. II, 5, 59

quidquid dicam, aut erit aut non

divinare mihi magnus donavit Apollo. —

Ipse fontes adeas, qui varietatem lectionum traditarum aperiant. Omnibus uno conspectu comprehensis non dubito quin me sis secuturus. Paucis res absolvi nequit.

41) divitias miseris! S. II, 8, 18 divitias mittas — Sententia haec est: ,tu vero velis omissa hac enarratione de sumptibus et splendore cenae referre, quibuscum una cenaveris.'

42) hic murus aeneus esto, epist. I, 1, 60 hic nummus aeneus esto.

43) quid Paris? ut salvus regnet vivatque beatus, cogi posse negat epist. I, 2, 10

quid Paris? ut salvus rex se vivat Menelaus cogi posse negat —

Auribus egregie falsus est librarius. Paris dicit, se non posse cogi belli causam praecidere i. e. Helenam reddere, ut rex Menelaus salvus degat. Collocatio verborum est Venusina. Mercurio gratias!

44) recuso,

pane ego iam mellitis potiore placentis, epist. I, 10, 11

recuso,

pane ego coram mellitis potiore placentis, —

*ego* necessarium hoc loco dixeris esse vocabulo *vos* antecedenti fortiter oppositum.

45) et melior sit Horatius, an res epist. I, 14, 5 et melior sit Horatius auspex —

Dicit igitur: ,videamus, utrum ego melior sim dux et auctor, quem sequamur uterque, sc. an tu. Auspici Mercurio gratias! Bene munere suo functus esse videtur.

46) instruit exemplis, inopem solatur et aegrum epist. II, 1, 131

instruit, exemplis inopem solatur et aegrum —

Liberiorem et audaciorem esse Horatium, si quid ex antecedentibus vel ex sequentibus suppleri velit, et iam vidimus, et multis locis probari potest. Res singularem commentationem requirit. Itaque videro.

47) incertos epist. II, 1, 188 incestos.

48) multum diversa palato epist. II, 2, 62 multa et diversa palato.

49) uterque:

intervalla vides humane commoda, verum epist. II, 2, 70

uterque.

intervalla quidem sunt sane incommoda, verum —

Absurda sunt, quae leguntur, propter aurium, ni fallor, errorem. Respondetur igitur hoc modo: ,incommoda quidem sunt quae dicis intervalla, sed facile tamen poteris pervenire, quia purae sunt plateae.'

50) et varias inducere plumas a. p. 2 et varias inde usque figuras —  
En, inveteratum vulnus gravissimum sanasse mihi videor, quod sexcentas adhuc plumas medicas, sit venia verbo, virorum doctorum movit et exercuit. Agite vero, viri Mercuriales, numini vestro gratias! Perdiu *ἔκουον* in scriniis cum delitesceret, persaepe animo praecepi, fore ut e viris doctissimis unus aliquis coniecturam praereptam occuparet. Haud ita evenit perinde atque in Aeschylo, Sophocle, aliis. Quamquam utique laetor, si quid auctoritatis opinionibus meis et conatibus accedat. Res enim agitur.

En habes, candide lector, iterum aliquot emendationes omnes et meas et, quantum scio, novas, quibus, ad necessitatem, similitudinem, veritatem<sup>1)</sup> quod attinet, confido te calculum non esse denegaturum. Insunt duae (11, 24), in quibus palaeographiae ratione adhibita nihil dixeris esse mutatum, duae (34, 48), in quibus puncta tantum mutata, decem (7, 18, 19, 20, 22, 28, 31, 36, 41, 49), quae unam litteram habent vel additam vel mutatam vel demtam, tres (21, 35, 50), in quibus palaeographiae ratione accedente una littera mutata, ceterae sunt eiusmodi, ut cum dissimilitudinis plus minusve deprehendatur, veritatis tamen et necessitatis pondera omnem haesitationem obruant. Accedit, quod nonnullarum in recitando tanta est soni similitudo, ut lubricum fuerit et proclive librariis, auribus si dictata exciperent, id quod saepius factum esse constat, a vero aberrare, quod suo fere loco notavimus. Ceterum quas supra posuimus emendationes, legitimas omnes, quod ad artem metricam attinet, supra iam dixi, quas subsequentes infra ponam, illegitimae sunt illae i. e. plus minusve contra rigorem artificum metricorum, qualis hodie valet, peccantes. Qui cum vehementer metuerem ut manus et stomachos tenerent, satius duxi, nonnihil rationum mearum ex epitome, non Hermanni, sed Hamacheri i. e. ex peculiari mea parte depromptum praemittere, ne quis putaret, me levitate quadam ac libidine ductum tam audacter esse grassatum.

## Caput II.

de numeris et metris libellus inest.

Cum bonis omnibus votisque ac precationibus Deorum Dearumque, si, ut poetis, nobis quoque mos esset, inciperemus, ut orsis tanti operis successus prosperos darent. Sed cum artifex metricus, si quidem sapit, proxime accedat ad poetae similitudinem et naturam, Musae certe gratiam implorare licuerit:

Nunc age, quae leges, Erato, quae edicta superbūm  
Virorum doctorum hodie valeant sancita,  
Expedit et nonnulla audax abrogare conabor.  
Tu vatem, tu diva mone! numeros mihi iustos  
Inspires. Maior mihi rerum nascitur ordo,  
Maius opus moveo: mortalem tu adiuva, Musa!

Quisquis in arte metrica, quam dicunt,<sup>2)</sup> summam et rerum et vocabulorum perturbationem illuviemque hodie grassari probare voluerit, Athenas ille noctuas. Itaque siquid explicare velis ita, ut lector, quid agas et sentias, intelligat, ante omnia certas certis nominibus expressas notiones summa constantia servare debebis. Itaque periculum facturum meas quasdam de numeris et metris rationes exponere, eam normam obstinato animo sequar, ita tamen, ut spondere possim, me nisi summa necessitate coactum ab usitato metricorum sermone non esse recessurum. Nimirum res aguntur, non nomina. Tu, candide lector, precor, *δός μοι σεαυρόν* aliquantulum; quod si, quid agam et sentiam, comprehenderis, nomenclaturam istam, sit venia verbo, reparatam usurpare poteris.

<sup>1)</sup> v. de his rebus comm. I uberius me loquentem. <sup>2)</sup> Est ars numerorum et metrorum.

§ 1.

de numeris agitur universe.

Percussionibus ad certa tempora pertinentibus, quos tactus vocamus, continuatis efficiuntur numeri. Ad numeros orationis efficiendos Graeci duplicem percussionem adhibuerunt, maiorem i. e. quatuor temporum <sup>1)</sup> et minorem trium, principali forma adhibita sic per arsin et thesin notandam:

2̇ 1̇ 1̇, 2̇ 1̇. Ad formam principalem maioris accedunt tres formae: 2̇ 2̇, 1̇ 1̇ 1̇ 1̇, 1̇ 1̇ 2̇, tres ad minoris:

1̇ 1̇ 1̇, 2̇ 1̇ 1̇, 3̇. Numeri sunt aut simplices, si nulla institutione facta decurrunt, aut ex simplicibus compositi. Simples sunt aut maiores, si ictibus maioribus constant, aut minores, si minoribus.<sup>2)</sup>

Maior ictum minorem non patitur, minor non maiorem; compositi numeri possunt maiores et minores simplices coniungere. Numerus simplex est aut duarum aut trium aut quatuor percussionum, sed quatuor ita, ut cum ex duobus numeris duarum percussionum constet, institio media debilitetur, quod nisi fiat, pro composito valere debet. Numerus igitur simplex est aut binarius aut ternarius aut quaternarius. Sicut percussio quatuor formas habet, sic numerus simplex. Principalis forma binarii maioris haec est: 2̇ 1̇ 1̇ 2̇ ẋ, minoris haec: 2̇ 1̇ 2̇ ẋ. Omnis enim numerus et simplex et compositus tempus finale, cum nihil sequatur, quo definiri possit, habet incertum. Omnis numerus et simplex et compositus potest etiam tempore praemisso quasi praelusione quadam sive anaerusi incipere, quod tempus perinde, cum non antecedit quo finiatur, incertum est. Potest denique omnis numerus in arsi quoque desinere, cuius tempus ut finale perinde fit incertum. En habes quatuor formas binariorum principalis ictuum formae.

I.

binarius maior.

1) 2̇ 1̇ 1̇ 2̇ ẋ, 2) ẋ 2̇ 1̇ 1̇ 2̇ ẋ, 3) 2̇ 1̇ 1̇ ẋ, 4) ẋ 2̇ 1̇ 1̇ ẋ

II.

binarius minor.

1) 2̇ 1̇ 2̇ ẋ, 2) ẋ 2̇ 1̇ 2̇ ẋ, 3) 2̇ 1̇ ẋ, 4) ẋ 2̇ 1̇ ẋ.

Prima est principalis forma, altera (principalis cum anaerusi sive) ascendens, tertia minuta, quarta minuta ascendens. Ad eam analogiam facili negotio omnes omnium numerorum simplicium formas adhibita principali percussionum forma denotare poteris. Quaternarii tamen formas principales infra ponam, ut discrimen illud gravissimum, quod intercedat inter numerum simplicem quatuor percussionum, quem quaternarium vocavimus, et eundem compositum accuratius perspicias.

I.

quaternarius maior.

Simplex numerus: 2̇ 1̇ 1̇ 2̇ ẋ | 2̇ 1̇ 1̇ 2̇ ẋ  
compositus: 2̇ 1̇ 1̇ 2̇ ẋ | 2̇ 1̇ 1̇ 2̇ ẋ

II.

minor.

Simplex: 2̇ 1̇ 2̇ ẋ | 2̇ 1̇ 2̇ ẋ  
compositus: 2̇ 1̇ 2̇ ẋ | 2̇ 1̇ 2̇ ẋ

⌢ significat, institutionem mediam ita minui sive, quod idem est, duos numeros institutione media debilitata ita quasi conglutinari, ut numerus vere compositus pro simplice haberi et valere possit.

<sup>1)</sup> tempus = mora. <sup>2)</sup> Totum genus, in quo ictus et numeri maiores versantur, potest maius, in quo minores, minus vocari. Maius Graeci ἴσος, minus δὲ πλάσιον (metrici dactylicum, trochaicum) dixerunt.



De numeris κατ' ἐξοχήν i. e. de numeris orationis sive rhythmis.

Numeri syllabis expressi sunt numeri κατ' ἐξοχήν sive rhythmici. Graeci syllabas habent  $\sim = 1$ ,  $\sim\sim = 2$  accuratissime distinctas. Quaeritur igitur, quomodo 3,  $\frac{1}{2}$ , x syllabis suis exprimant. Sed primum necesse est *certas notiones certis nominibus* denotemus. Percussiones igitur in oratione *ictus*, numeros simplices *versiculos*, numeros compositos *systemata*, systemata duorum versiculorum *versus*, versiculos systematum *ordines*, institutiones ordinum finales praeter ultimam, quae est eadem systematis institutio ac finis, *caesuras* vocabimus. Quaeritur igitur de 3,  $\frac{1}{2}$ , x. Cum versiculus ictus maiores et minores non misceat, thesis in medio versiculo posita in genere maiore numquam est  $\sim = 1$ , in minore numquam  $\sim\sim = 2$ . Quod si igitur in minore occurrit  $\sim$  praecedente altera  $\sim$ , scies iusto tempore eam syllabam produci = 3, si  $\sim$  in thesi, scies eas syllabas iusto tempore corripere =  $\frac{1}{2} \frac{1}{2}$  debere. Incertum tempus x ita significari voluerunt, ut pro libitu longam vel brevem ponere liceret, in thesi  $\sim$ , in arsi  $\sim$ . Ea syllaba vocatur anceps. Atque ad finem versiculi, versus, systematis semper obtinet  $\sim$  sive  $\sim$  in utroque genere, ad finem ordinis i. e. in caesura in genere minore  $\sim$ , in maiore  $\sim\sim$ . Is est usus ab indole et natura numerorum diligenter ille distinguendus. Ad usum etiam pertinet illud, quod in arsi caesurae plerumque  $\sim$  obtinet, cum  $\sim$  quoque ut pro ancipite sit legitima. Quae cum ita sint, satius tamen erit, ut, quid rei sit, oculis quoque percipiatur,  $\sim = 3$  sic denotare:  $\sim$ ,  $\sim\sim = \frac{1}{2} \frac{1}{2}$  sic:  $\sim\sim$ .

Ictus igitur sunt:

I.

maiores.

- 1)  $\sim\sim\sim$ , 2)  $\sim\sim$ , 3)  $\sim\sim\sim$ , 4)  $\sim\sim$  1) dactylicus, 2) spondiacus, 3) solutus, 4) anapaesticus.

II.

minores.

- 1)  $\sim\sim$ , 2)  $\sim\sim$ , 3)  $\sim\sim\sim$ , 4)  $\sim$ , 1) trochaicus, 2) solutus, 3) cyclicus, 4) syncopatus.

§ 3.

de versiculis et versibus.

Binarii principalis formae sunt:

I.

maiores.

- $\sim\sim\sim\sim$  dactylicus  
 $\sim\sim\sim\sim$  ascendens  
 $\sim\sim\sim$  minutus  
 $\sim\sim\sim\sim$  anapaesticus

II.

minores.

- $\sim\sim\sim$  trochaicus  
 $\sim\sim\sim\sim$  ascendens  
 $\sim\sim\sim$  minutus  
 $\sim\sim\sim\sim$  iambicus

Ad hanc analogiam ternarii et quaternarii facile describi possunt.

Versus cum duos ordines habeat, non potest esse nisi quaternarius aut quinarius aut senarius aut septenarius aut octonarius. Sed cum quaternarius et versiculus esse possit et versus, versiculum nominabimus quaternarium, versum vero versum medium.

Velut  $\sim\sim\sim\sim$  est quaternarius,  $\sim\sim\sim\sim$  est versus medius. Ad rem illustrandam tabellam infra ponam exempla et versiculorum et versuum continentem, in quibus formae principales et versiculorum (vel ordinum) et ictuum adhibitae sunt, sed tantummodo minorum, quoniam ad eam analogiam in maius quoque genus facile res derivari potest.

A.

versiculi.

- 1)  $\text{—} \text{—} \text{—} \text{—}$  binarius
- 2)  $\text{—} \text{—} \text{—} \text{—} \text{—}$  ternarius
- 3)  $\text{—} \text{—} \text{—} \text{—} \text{—} \text{—}$  quaternarius

B.

versus medius.

- 4)  $\text{—} \text{—} \text{—} \text{—} \text{—} \text{—}$  (uterque ordo binarius)

C.

versus.

- 5)  $\text{—} \text{—} \text{—} \text{—} \text{—} \text{—} \text{—}$  quinaris (Prior ordo binarius, alter ternarius; possunt etiam ordines vice versa componi.)
- 6)  $\text{—} \text{—} \text{—} \text{—} \text{—} \text{—} \text{—} \text{—}$  senarius (Prior ordo binarius, alter quaternarius; potest etiam vice versa, potest ex duobus ternariis componi.)
- 7)  $\text{—} \text{—} \text{—} \text{—} \text{—} \text{—} \text{—} \text{—} \text{—}$  septenarius (Prior ordo ternarius, alter quaternarius, potest etiam vice versa componi.)
- 8)  $\text{—} \text{—} \text{—} \text{—} \text{—} \text{—} \text{—} \text{—} \text{—} \text{—}$  octonarius (uterque ordo quaternarius.)

En habes, si quidem a ceteris formis et ictum et versiculorum abstineas, tres classes versiculorum, quinque versusum, in quibus quaternarius, quum naturam versus etiam induere possit, utpote in medio fere positus quasi transitum munit a versiculis ad versus. Plures classes cogitari non possunt. Verum ingentem silvam et versiculorum et versusum iam mente poteris concipere, si ceteras et ictum et versiculorum formas adhibere volueris. Exemplo rem illustrabo sic, ut binarii varietatem infra describam.

I.

genus maius.

$(\text{—}) \text{—} \text{—} \text{—} \text{—} \text{—} (\text{—})$

II.

genus minus.

$(\text{—}) \text{—} \text{—} \text{—} \text{—} (\text{—})$

Ad eam similitudinem et analogiam omnes versiculorum varietates possunt et mente fingi et describi. Ex quibus qui habent ictum  $\text{—}$  vel  $\text{—} \text{—}$  certa quadam sede fixum et immobilem, eos recte tecum dixeris versiculorum figuras, ceteros omnes versiculos vulgares. Iam ex ingenti silva usitatos quosdam Graecorum versiculos et vulgares et figuratos decerpam et describam.

I.

genus maius.

- 1) binarii  $\text{—} \text{—} \text{—} \text{—}$  minutus.
- 2) ternarii  $\text{—} \text{—} \text{—} \text{—} \text{—}$  penthemimeris.

$\text{—} \text{—} \text{—} \text{—} \text{—}$  ascendens.  $\text{—} \text{—} \text{—} \text{—} \text{—} \text{—}$  ascendens.

II.

genus minus.

- 1) binarii  $\text{—} \text{—} \text{—} \text{—} \text{—}$  penthemimeris,  
 $\text{—} \text{—} \text{—}$  creticus,  
 $\text{—} \text{—} \text{—} \text{—}$  choriambus,  
 $\text{—} \text{—} \text{—} \text{—}$  adonius,  
 $\text{—} \text{—} \text{—}$  bacchius,  
 $\text{—} \text{—} \text{—}$  ionicus,  
 $\text{—} \text{—} \text{—} \text{—}$  aeolicus,  
 $\text{—} \text{—} \text{—} \text{—}$  aeolicus minutus,  
 $\text{—} \text{—} \text{—}$  hipponax,  
 $\text{—} \text{—} \text{—}$  hipponax minutus.
- 2) ternarii  $\text{—} \text{—} \text{—} \text{—} \text{—}$  ithyphallicus,  
 $\text{—} \text{—} \text{—} \text{—} \text{—}$  ascendens,  
 $\text{—} \text{—} \text{—} \text{—} \text{—}$  iambicus,  
 $\text{—} \text{—} \text{—} \text{—} \text{—}$  dochmius,<sup>1)</sup>  
 $\text{—} \text{—} \text{—} \text{—} \text{—}$  Alcaicus,  
 $\text{—} \text{—} \text{—} \text{—} \text{—}$  Aristophanius,  
 $\text{—} \text{—} \text{—} \text{—} \text{—}$  sapphicus,  
 $\text{—} \text{—} \text{—} \text{—} \text{—}$  sapphicus minutus,  
 $\text{—} \text{—} \text{—} \text{—} \text{—}$  anacronceus.

<sup>1)</sup> versiculus igitur est caesura carens, vexatissimus ille, qui cum in versibus pangendis non adhibeatur, in systemate praecipuum locum habet et certam ictuum varietatem recipit.

3) quaternarii  $\cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup$  minutus,  $\cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup$  alcaicus,  
 $\cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup$  iambicus,  $\cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup$  sapphicus,  
 $\cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup$  pherecrateus,  $\cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup$  hyponacteus,  
 $\cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup$  asclepiadeus,

Iam satis muniti videmur, ut hisce versiculis pro ordinibus adhibitis ad versus vulgares et versuum figuras describenda transeamus. Quarum ingentem silvam cum fingi posse consentaneum sit, Graeci permultos versus omni decore, venustate, gravitate praestantissimos creaverunt, ex quibus aliquot excerptos cum accuratius describere in animum induxissem, placuit de ordinum distributione sive, quod idem est, de caesurae sede pauca praemittere.

§ 4.

De caesura.

Caesuras igitur institutiones finales ordinum medio in systemate esse diximus. Iam de versuum, qui sunt systemata duorum ordinum, unica caesura i. e. de institutione ac fine prioris ordinis diligentius erit agendum.

Omnis versus ad finem cum institutionem suam ubique servet plenam, praeter ancipitem semper et vocabuli finem habet, quo vox in ancipite satis acquiescere possit, et hiatum admittit; ordo prior cum institutionem suam minuat, ut unitate versus ambo ordines comprehendi possint, ancipitem quidem servat, vocabuli vero finem non semper, sed plerumque habet, hiatum raro patitur. Itaque in omni versuum Graecorum genere singuli versus interdum vocabuli finem in caesura non habent, quo cohaerentia duorum ordinum magis significetur. Res cum gravissima sit et Graecorum propria, eam recte mecum licentiam Graecam nominaveris. Iam utrumque ordinem una linea Graeci scribi voluerunt, quo cohaerentiam intimam illam oculis quoque commendarent. Itaque scripserunt exempli gratia versum Alcaicum:

Vides ut alta stet nive candidum

non sicut hodie versus Germanos nonnulli scribunt:

Vides ut alta                   stet nive candidum  
 (uns ist in alten maeren       wunders vil gesait)

possent etiam ita:

( Vides ut alta  
 Stet nive candidum

Res quidem ipsa levis esse videtur, sed apparet, si Graeci alteram vel tertiam rationem usurpare voluissent, posteri non futurum fuisse ut in ordinibus versuum quorundam distribuendis i. e. in caesura constituenda miserrime, id quod factum est, fallerentur. Itaque certam normam habeamus necesse est, qua de caesurae sede indicemus. Quamquam pro certo id quidem cognovimus, caesuram ad ancipitem pertinere, verum quaeritur, utrum proxime ante, an vero post ancipitem illa sedem suam habeat. Potest enim ei ordo prior ancipite finiri, et ordo alter incipere.<sup>1)</sup> Iam vero omnis dubitatio tollitur, ubi primum animadverteris, utrum in locum vocabuli finis plerumque incidat. Quodsi hiatus ea sede occurrit, res etiam confirmatur. Exemplis rem illustrabo trium versuum, quorum de caesura nemo, quantum scio, dubitavit unquam:

1) Alcaicus ille sic recte constituitur:  $\cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup$  prior ordo est penthemimeris, alter alcaicus. Sed cur, quaeso, non ita statuimus:  $\cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup$ ? Est prior ordo iambicus, alter sapphicus minutus. Respondebis mecum: Quia quarta syllaba non anceps est, et quia vocabuli finis post quintam plerumque, non post quartam incidit. Accedit, quod hiatus post quintam rarus ille quidem, sed legitimus est. Iam vide

<sup>1)</sup> Possit ita evenire 1)  $\cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup$  2)  $\cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup$  3)  $\cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup$  4)  $\cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup$ , sed usu veniunt fere 1) et 2), raro 3).

2) octonarium minutum,<sup>1)</sup> qui sic recte constituitur:  $\cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup$  |  $\cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup$  Cur, quaeso, signum caesurae post octavam, non post septimam ponimus? habes iustos numeros, quaternarium minutum et quaternarium iambicum coniunctos. Respondebis: quia septima non anceps est, finis vocabuli plerumque post octavam, non post septimam incidit, hiatus post septimam excluditur.

3) Tertium denique considera versum, qui est septenarius ascendens,<sup>2)</sup> recte sic constitutus:  $\cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup$  |  $\cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup$ . Quid? cur tandem sedem caesurae non post nonam in thesi, sed post octavam *in arsi*, quod rarissimum est, constituis? Sunt profecto iusti ordines, quaternarium dieo ascendentem et ithyphallicum coniunctos. Respondebis mecum: Quia octava anceps, vocabuli finis post octavam plerumque incidit, hiatus legitimus est. Compositus igitur est versus venustissimus, comicis carissimus, quem nostri homines feliciter imitati sunt, ex quaternario iambico et ternario ascendente. Res est luce clarius atque omnes versus sine ulla exceptione sunt ita fabricati,<sup>3)</sup> omnes sine ulla exceptione licentiam admiserunt. Quae si in illis versibus admittitur, nemo mortalium caesuram alia in sede quaerit, sed in licentia omnes i. e. in caesura ex parte modo neglecta conquiescunt. Quid igitur causae fuit, cur in senario maiore et minore<sup>4)</sup> solis varietatem caesurae statuerent? in quibus si licentia admittitur, artifices metrici nescio quod aliud caesurae monstrum sine ancipite, sine hiatu, interdum, si Diis placet, ordinum indole corrupta, interdum duas caesuras deprehendunt. Rem accuratius non persequar. Id tantum moneo, naturae prorsus adiunctum esse, quo longior sit versus, eo rarius licentiam admitti, quo brevior, eo saepius. Inde est, quod in octonariis illis tragicorum Graecorum, qui aetatem tulerunt, non inveniuntur nisi duo licentiae exempla, sed, si quid aliud, legitima illa, quae infra scribam, Aesch. Pers. v. 165. Soph. Phil. v. 1402.

1) ταῦτά μοι δὴ πλὴν μέγιστον ἀφραστός ἐστὶν ἐν ᾧ φρεσὶ

2) εἰ δοκῆι, στεφθαόμεν, ὃ γενναῖον εἰρηφικῶς ἔπος

Quod apud Aristophanem saepissime usurpatum invenies. Nimirum comici merito libenter in omni licentia versantur. Sed redeo ad senarios, qui sunt iidem versus usitatissimi. Mirum sane esset, si Graeci licentiam paullo largiorem iis non concessissent. Habes igitur maiorem plerumque sic constitutum:

1)  $\cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup$  |  $\cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup$  interdum sic:  $\cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup$ . Prior ordo penthemimeris, alter ternarius anapaesticus. Atque ea est natura et indoles numeri, in usum nunc accuratius non indagabo.

2) Senarius maior minutus adempta anaerusi ordinis alterius. Est igitur penthemimeris iterata:<sup>6)</sup>  $\cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup$  |  $\cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup$ . Penthemimeri continuata fit, ut arsis arsim sequatur, quod est rarissimum, quia Graeci seriem syllabarum, etiam in caesura, aequabilem amabant. Itaque usus excludit fere  $\cup$ , ancipitem admittit raro. Ad usum etiam pertinet, quod in thesi alterius ordinis  $\cup$ , non — obtinet. Possis igitur versum, qualis usurpatur, sic describere:  $\cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup$  |  $\cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup$ .

3) senarius minor:  $\cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup$  |  $\cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup$  plerumque; interdum licentia adhibetur in caesura. Ictuum formae  $\cup \cup \cup$ , —  $\cup \cup$ <sup>7)</sup> sunt legitimae. Quod usum attinet, non habent interdum nisi formam principalem, quod vehementiam continet  $\cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup$  |  $\cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup$ .

4) Addo quinarium minorem:  $\cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup$  |  $\cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup$  primus ordo penthemimeris, alter ithyphallicus.

5) et v. alcaicum decasyllabum:  $\cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup$  |  $\cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup$ . Etenim puto, eum apud Horatium versum medium esse, non quaternarium; itaque raro  $\cup$  invenies. Prior ordo est choriambus, alter aeolicus.

1) metrici vocant tetrametrum trochaicum catalecticum. 2) metrici vocant tetrametrum iambicum catalecticum.

3) addo hic obiter octonarium et senarium hyponacticum:  $\cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup$  |  $\cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup$ ,  $\cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup$  |  $\cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup$ . Metrici vocant tetr. et trim. hyp. sive claudum. 4) hexametrum dactylicum et trimetrum iambicum metrici vocant. 5) quod in ordine, qui est quaternarius, | locum habet pro  $\cup$ , infra explicabitur.

6) Pentametrum vocant metrici. 7) cf. comm. II.

Iam vero versus haud pauci sunt, in quibus constituendis artifices metricos prorsus a vero aberrasse persuasum habeo. Quam quaestionem uberrimam illam cum pro finibus huius scriptionis absolvere nequeam, sapphici potissimum salutem expedire conabor, ceteris in ambiguo relictis. Sed rem supra inchoatam paucis prius, id quod hoc demum loco fieri potest, absolvendam esse video. Licentiam igitur Graecam etiam quaternarius habet, sed in contrariam partem: Versum [ in caesura plerumque habere vidimus, per exceptionem T; quaternarius plerumque T, per exceptionem ], quam caesuram debilem recte mecum vocaveris. In omnibus quaternariis id obtinere facile tibi persuadebis. Sed haec hactenus. Iamiam versus Sapphicum aggrediemur. Ordinis et caesurae vim ac naturam cum Bentleyus,<sup>1)</sup> ignoraret, gravissimum arti numerorum vulnus infixit. Haec sunt eius verba: „Omne versuum genus suam habet caesuram sive incisionem: qua verbum terminatur et vox in decursu paullum interquiescit. Illa fere caesura Romanis placuit, quae in priore tertii pedis syllaba fit.“

Nil verius dici potuit, quam omnium versuum genus suam habere caesuram cum institutione illam in fine vocabuli coniunctam.

Nam id sane libenter viro summo condonamus, quod dixit *omne versuum genus* versiculis<sup>2)</sup> non diserte, cum omni institutione carerent, exceptis, etiam illud, quod non addidit, omne versuum genus per exceptionem verbi fine carere posse. Largiamur, inquam, libenter, quae subintelligi voluisse videri possit. At expostulandum restat de re gravissima. Cum enim in omni versuum genere plures vocabulorum fines<sup>3)</sup> exstent, unde, quaeso, intelliges, quis tandem ex iis sit ille, in quo vox acquiescere paullulum et possit et debeat? Normam certam et regulam requirimus, quae nos edoceat, quo tandem versus loco deprehendamus vocabuli finem talem, in quali et possimus et debeamus acquiescere. Is igitur finis est ordinis prioris, in quo cum ancipitem cum vocabuli fine plerumque coniunctam habeas, vox requiescere paullulum possit. Itaque B., quem hominem alias sagacissimum, confidentissimum cognovimus, errore captus misere se torquet, ut normae nescio quam similitudinem certe captet atque ita in maiorem errorem illapsus caesuram dicit eam fere Romanis placuisse, quae in priore tertii pedis syllaba fieret, timide tamen velut intermoriente sententia statim se corrigit ipse his additis verbis: „In iambicis trochaicisque tetrametris caesura plerumque fit post ditrochaicum secundum.“ Nimirum cum illa post ordinem priorem fiat, potest etiam post ~ ~ ~ fieri, unde apparet, ratiocinationem istam prorsus esse futilem. Videlicet tot utique syllabae caesuram antecedere possunt, quot ordinem efficiunt. Sed vide, quo vir acutissimus delabatur. Perversam istam de caesurae sede persecutus opinionem in alium errorem eumque foedissimum incidit, ut versum Sapphicum ita denotandum esse contendat, scilicet quo ratiocinatio sua infelicissima constet: ~ ~ ~ ~ ~ T ~ ~ ~ ~ ~.

Habes igitur in ordine priore monstrum numeri longa syllaba in thesi affectum. Id vero nimium erat et intolerabile! Itaque Boeckhius crimen contra principalem Graecorum legem admissum cum merito castigatum amovere vellet, aliud commisit, nescio an gravius, quod accuratius denudare conabor. Habet Horatius sane syllabam quartam semper longam, sed is usus est Horatii merus, nam syllabam esse ancipitem e Graecorum exemplis nobis persuademus; habet idem post syllabam quintam fere vocabuli finem, qui finis cum B., tum Boeckhium, sed diversa utrumque ratione fefellit. Scimus autem, non omnes vocabulorum fines caesuram habere, sed eos, qui cum ancipite coniuncti sunt. B. igitur peccavit, cum post quintam maculatis numeris caesuram poneret, Boeckhius, cum quartam esse ancipitem apud Graecos videret, recte quidem iudicavit, circa quartam caesuram esse ponendam,

<sup>1)</sup> = B. <sup>2)</sup> Si vocabulo versiculi utitur, versum dicit, Ciceronis, Horatii, aliorum morem secutus. Nos necessitate coacti certam notionem certo nomine designavimus. <sup>3)</sup> Vocabuli finis sine ancipite sive, quod idem est, medium in ordinem incidens per se nihil valet ad numerum inhibendum. Certe *μητιν ἄειδε, θεὰ, et ἐντροπαλιζόμενος* auribus et animis iudicibus idem valent. Vix levis interpunctio ante *θεὰ* quidquam valet; de graviore infra.

sed a vera tamen sede statuenda prorsus aberravit. Scilicet decernere debuit, utrum ante, an post ancipitem, quod, ut scimus, vocabuli fine diiudicaretur. Verum cum a misero fine vocabuli post quintam oculos et mentem avertere nequiret, heu! misere lapsus, quamquam non post quartam vocabuli finem plerumque, sed post tertiam esse videre potuit, nescio quam inauditam sine fine vocabuli caesuram post quartam posuit. Itaque vir doctrinae gloria merito insignis novum inauditumque versuum genus non invenit, sed creavit, in quo partes caesurae inseparabiles illae, ancipitem dico et vocabuli finem, intermissa syllaba seiungerentur ita fere:  $\text{—} \cup \cup \cup \cup \cup \text{—} \mid \text{—} \cup \cup \cup \cup \cup \text{—}$ .

Sed sepeliamus tale monstrum versuum atque probe memores, caesuram et antecedere et sequi posse ancipitem, cum animadvertamus, vocabuli finem plerumque post tertiam incidere, sic versum intelligendum ac notandum esse statuamus:  $\text{—} \cup \cup \cup \mid \text{—} \cup \cup \cup \cup \cup \text{—}$ .

integer | vitae scelerisque purus.

Iam inspicere Graecorum et Horatii sapphicos omnes; facile tibi persuadebis, omnia in iis cum hac ratione mirifice congruere. Prior ordo duorum ictuum est minutus, alter trium ictuum ascendens cum primo ictu cyclico i. e. prior ordo creticus, alter sapphicus.<sup>1)</sup> In omni autem arte numerorum distinguendum est naturam inter indolemque numeri et usum sive universum, quod supra iam monuimus, sed rem gravissimam ex industria repeto, sive generum sive singulorum poetarum. Itaque natura numeri flagitat illa quidem in priore ordine  $\text{—} \cup \cup \cup$ , sed quia proxime sequitur anceps in anaerusi, usu venit  $\text{—} \cup \cup \cup$ . Quarta est anaerusis  $\cup \cup \cup$ , sed Horatius amat fere  $\text{—}$ , quo plenius sane aures tangit. Atque plura huius generis, quae variorum usum propria sunt, religiose observare debebis, cum maximi sint momenti in arte critica exercenda. Nam quae contra naturam numeri peccant, utique tolerari non debent, ut vere illegitima, quae contra usum, debent, ut legitima. Itaque caveas ab ista libidine, qua, quae ab usu abhorreant Horatii quamvis legitima, velut hiatum in caesura brevemque pro longa removere conantur. Id quoque teneas, quod supra demonstravi de Sapphico, id ad omnia eiusdem generis et analogiae, quae sunt permulta, versuum genera pertinere. Accedit alia res gravissimi momenti. Priorem ordinem, binarium dico minutum, quem sequitur fere aut ternarius aut quaternarius, erant qui, nisi fallor, aptissime basin (rhythmicam) appellarent. Eius igitur id proprium est in multis Graecorum versibus, ut commutationem numerorum habeat.

Possunt igitur pro  $\text{—} \cup \cup \cup$  etiam  $\cup \cup \cup$ ,  $\text{—} \cup \cup \cup$  locum habere. Exemplum sit versus Phalaeceus, qui summam Sapphici similitudinem cum referat, eodem detrimento capto perverse a viris doctis constitutus est. Prior ordo est idem ac Sapphici, sed permutatione numerorum admissa:

$\text{—} \cup \cup \cup$ , alter Anaeronteus  $\cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup$   
 $\cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup$  (  $\cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup$  )

cui Sapphicum subieci, ut parvum quod intercederet discrimen dignosceres. Eum igitur versum sic constitui debere equidem persuasum habeo:  $\text{—} \cup \cup \cup \mid \text{—} \cup \cup \cup \cup \cup \text{—}$

<sup>1)</sup> Vocabuli fanestus iste finis post quintam minime ad numeros pertinet, sed est in linguae natura positum. Quod si post tertiam, id quod modo didicimus, caesura fit, sequitur, ut ea syllaba plerumque vocabulum finiat. Itaque syllaba proxime sequenti novum vocabulum incipiat necesse est. Quod cum plerumque sit disyllabum, nihil magis consentaneum esse potest, quam quintam syllabam vocabulum plerumque finire, velut C I, 22 *vitae, Mauris, Syrtes, silva, cantu, curis, latis, tellus, pigris, mundi, curru, terra*. Constat autem, non semper ita fieri cf. I, 10, 1, 6, 18, II, 6, 11, IV, 6, 27 etc. Licentia vero si usurpatur, alia ratio quidem obtinet, sed perinde ac illa in linguae natura posita: *venernatis, facturus, portentum, aestiva, ridentem*. Sed qui volet, ipse viderit. Piget fere in re tam luculenta latius evagari. Id tantum moneo, Boeckhium ipsum diserte ac severe nos vetare post quintam in recitando subsistere. Quid igitur, quaeso, valet finis vocabuli? Nihil. Itaque fateamur, omnem istam viri illustrissimi de caesura et diaeresi doctrinam antiquari debere.

Vide modo hosce Catulli versus, quos ex industria separatis ordinibus descripsi:

Cui dono            lepidum novum libellum            Corneli            tibi namque tu solebas  
 Arida            modo pumice expolitum?            Meas esse            aliquid putare nugas etc.

Quid sit rei, extat atque emergit luce clarius. Versum habes venustissimum, et auribus et animis iucundissimum. Quod si rationem hodie receptam et summis auctoritatibus sancitam sequi volueris, ab omni confirmaverim gratia non solum et venustate, sed etiam numerorum intelligentia versum vehementer abhorrere. Idem valet de aliis, praecipue de Asclepiadeis; possum permultos versus e Graecis depromptos ad eam analogiam conditos referre, sed nunc quidem rem me tetigisse sufficiat.

Iam quod naturam et indolem numerorum attinet, Sapphicum quoque eo pertinere manifestum est, quamquam usus et Horatii et Graecorum fere  $\bar{ } \cup \cup \cup$  tuetur.<sup>1)</sup> Si quis igitur locus prorsus desperaretur, in animum iam pridem induxi periclitari per hypothesin, numquid forte medicinae commutatione numerorum posset adhiberi. Inde est, quod proposui comm. II audacissimum illud *iacturam*. Vos, o pueri et puellae iam virum expertae, male ominatis | parcite verbis. C III, 14, 11 iacturam expertae, male inominatis —

Pro *male ominatis* alii *male ominatis*, alii *male inominatis*, quod praefero. *Iam virum expertae* omnem medendi conatum adhuc risit. Itaque *iacturam* secundum hanc numerorum formam proposui:  $\bar{ } \cup \cup \cup | \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup$ . Timendum erat, ne pueri et puellae, quorum necessarii cecidissent, male ominando diem festum profanarent. A necessitate, similitudine, veritate omne punctum emendatio tulisse videtur, sed malum! illegitima est. Itaque  $\bar{ } \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup$  lusisse puter sicut in proxime sequentibus.

51) tu bibes uvam C I, 20, 10.            requires uvam —

Alii *tu bibis, tum bibes, tum bibis*. Locus vexatissimus et sane desperandus, nisi forte in hac explicatione (tu bibis) acquieveris: tu quidem domi vina generosa illa bibere soles, (apud me desiderabis).<sup>4</sup> Nimirum quisquis eam explicationem probaverit, medicamen non desiderabit.

52) o Lenaeae sequi Deum

cingentem viridi tempora pampino. C III, 25, 19.            nova mente sequi Deum —

Locus est difficillimus: opes ingenii, doctrinae frustra consumptae. Itaque non possum audacissimam rationem meam in alio numerorum genere tibi non proponere:

$\bar{ } \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup$   
 $\bar{ } \cup \cup \cup \cup \cup \cup \cup$

Quod initio posuit *nova mente*, id ad finem repeti carmini dithyrambico valde convenire videtur. Sed haec hactenus. Aliam rem aggredior. A caesura valde differt incisio, cuius natura quo recte perspiciatur, altius paullo repetendum esse videtur. Quodsi, ut supra vidimus, B. habet *caesura sive incisio*, is usitato sane more loquitur, sed nobis certae notiones certis nominibus sunt distinguendae.

§ 5.

De incisione.

Oratio pedestris si numeris adstringitur, variam repugnantiam exoriri consentaneum est. Suas habet oratio mensuras syllabarum, numerus sua tempora: oratio suos accentus, numerus ictus, qui accentuum similitudinem quandam referunt. Oratio perinde ac numerus habet suas institutiones sive inhibitiones. Itaque fieri nequit, quin cum quasi consensus quidam et concentus, tum vero discordia varia nascatur. Ex quibus repugnantibus, sit venia verbo, cum res gravissima certo nomine denotetur necesse sit, unam nunc delibabo, quam incisionem dixi. Orationis ea pars, quod enuntiatum vocamus,

<sup>1)</sup> Quamquam perpaucos eius generis versus Graecorum aetatem tulisse constat.

potest in fine versus, potest in caesura finiri, quo facto consensus orationis et numeri fit, non repugnantia; potest vero finis enuntiati in medium et priorem et alterum numerum cadere, quo gravis repugnantia nascitur. Quae repugnantia, cum numerus te pergere cogat, oratio subsistere, eam vim tribuit et ei vocabulo, quo in priore numero inciditur, et ei, ante quod in altero numero inciditur, ut non possis non summo cum pondere notionis id vocabulum proferre. Quod cum plerumque ita fieri consentaneum sit, ut sententia ex uno versu derivata in alterum continuetur, eam repugnantiam incisione numeri factam per hyperbaton (metricum)<sup>1)</sup> fieri recte dixeris.

a. Prior numerus inciditur hyperbato:

Od. XII, 105

τοῖς δ' ἀναγοιβδεῖ  
δεινόν· μὴ σύγε κείθε τόχοις, ὅτε ῥοιβδήσειεν.

b. alter inciditur:

Aen. IX, 221. acceleremus, ait, vigiles simul excitat. *Illi* etc.

Vides hyperbato vocabula *δεινόν* et *illi* maximam vim et gravitatem, id quod sententiae convenit, nancisci.

Luculentus in eo genere locus legitur Aen. I, 664, ubi Cupido sic compellatur:

Nate, meae vires, mea magna potentia solus,

Nate, patris summi qui tela Typhoia temnis etc.

Sic olim quidem exemplum meum exhibebat, donec in editionem veterem incidi, quae hyperbato adhibito (interpunctione mutata) sic verba referret:

Nate, meae vires, mea magna potentia, solus etc.

De splendore huius lectionis ipse iudicabis: *qui solus temnis*. Sed fortasse hodie sic ubique legitur; non circumspexi. Iam vero liquet, id a scriptoribus librariis sive per incitiam sive per imprudentiam et incuriam maximo cum damno poetarum negligi potuisse. Itaque multos aliorum poetarum locos plus minusve corruptos ac perditos me hyperbato sanasse et in pristinam lucem restituisse profiteor. Sed Horatii decus nunc agitur, quem pluribus in locis huiusmodi quoque maculis vindicatum exemplum meum praebet. Ex quibus pauca delibabo.

53) infectum volet esse, dolor quod suaserit et mens, | dum poenas odio per vim festinat inulto. epist. I, 2, 60

dolor quod suaserit, amens

dum poenas odio per vim festinat inulto. —

Quod traditur *dolor et mens* si concesseris absurdum esse, fortasse medicamento meo calculum appones: ,quod dolor suaserit, dum amens ipse festinat.'

54) Sic ego maioris fugiens opprobria culpae,

frontis ad urbanae descendi praemia. Quod si

depositum laudas ob amici iussa pudorem,

Scribe epist. I, 9, 11

Sic ego maioris fugiens opprobria culpae

frontis ad urbanae descendi. Praemia quod si

depositum laudas ob amici iusta pudorem,

Scribe —

i. e. cum fugerem opprobrium maius, ad minus illud (opprobrium) urbanae frontis descendi. Quodsi probas, me pudorem deposuisse, ut amicum praemiis meritis afficerem, scribe — *Praemia* dictum est sicut in primo carmine *praemia doctarum frontium*, ad quem locum infra me vide. Quod *iussa*

<sup>1)</sup> Der metrische Uebertritt, iam pridem a viro docto nominatus.



removi, tibi placebit consideranti, satis superque in antecedentibus *rogat et prece cogit* id conclamatum esse. Ceterum de libertate poetae in suppleendis vocabulis, quae singularis est, iam diximus.


55) Teucro duce et auspice Teucris: [ Certus enim promisit Apollo C I, 7, 27 Teucro duce et auspice; Teucro [ Certus enim promisit Apollo —

i. e. „me duce non desperandum est; *mihî* enim Apollo certus ille promisit.“ *duce et auspice pro sub ductu et auspiciis* bene, poetice, argute dictum esse iam alii monuerunt.

§ 6.

De metris.

Omnium numerorum materia (*ὄλη*) series est syllabarum. Graecorum id proprium est, ut in versibus condendis syllabarum seriem aequabilem fere servarent, i. e. ut in omni versuum genere singulorum versuum materia eadem maneret. Itaque si genus versuum aliquod anacrusin habet, si non habet, si minutum est, si plenum, singuli versus omnes eius generis eo pacto similes sunt. Accedit, ut — nunquam in vulgaribus adhibeatur, sed tantummodo in figuris certam fixamque sedem habeat, i. e. ut arsin sua thesis semper sequatur. Cyclicus — — denique potest sane pro — — etiam in vulgaribus poni, sed pro libitu, non ut ad certam sedem sicut in figuris sit adstrictus, ita ut pro — — semper — — supponi possit. Quid sit rei, exemplo demonstrabo. Quaternarius  $\bar{—} \cup \cup \cup \cup$  si centies repetitur, eandem materiam retinet i. e. semper novem syllabas. Iam vero morem et usum veterum Germanorum considera atque cum ratione Graecorum compara. Possunt eorum singuli quaternarii pro libitu ascendere, minui, — ubique recipere. Sequitur, ut versiculus novem, octo, septem, sex, quinque, quatuor denique syllabas habere possit. Id cum inauditum esset Graecis, potuerunt illi versiculorum et versuum materias metiri, Germani non potuerunt. Fac periculum, sodes, et hosce quaternarios numeris similes, metris dissimillimos mihi metire:



Ad metiendam materiam opus est metro ad metiendum accommodato. Itaque syllabarum quosdam complexus pro metro adhibitos pedes Graeci vocabant, omni numerorum et ictuum ratione remota. Velut, si hanc materiam metirentur — — — —, syllabarum complexu — — utebantur utpote ad metiendum accommodato, quem pedem trochaicum vocabant: — — | — — | — —. Eam igitur tripodiam trochaicam vocabant, — — | — — dipodiam etc. Materiam — — | — — | — — vocabant tripodiam trochaicam catalecticam; — — | — — | — — | hypercatalecticam. Materia vero huiusmodi: — — — — si erat metienda, commodiorem viam ingressi sic seriem dividebant — — | — — | — — eumque syllabarum complexum — — cum iambum vocarent, tripodiam iambicam habebant.

Idem valet de genere maiore. Materiam quaternarii sic — — | — — | — — | — — dividebant, atque cum complexum syllabarum — — dactylum nominarent, eo pro metro usi pedem dactylum vocarunt. Si adesset quaternarius cum anacrusi minutus, faciliorem viam ingressi sic dividebant — — | — — | — — | — —. Iam syllabarum complexum — — cum remota ictuum ratione anapaestum vocarent, eam seriem syllabarum anapaesto pro metro adhibito tetrapodiam anapaesticam nominaverunt. Verum elucet, quae series syllabarum quatuor, sex, octo trochaeos, iambo, dactylos, anapaestos contineat, ad eam metiendam aeque ac pedem etiam dipodiam adhiberi posse. Itaque in genere minore, quod trochaicum vocabant sive iambicum, pro metro fere dipodia usi monometrum, dimetrum, trimetrum, tetrametrum appellabant velut tetrametrum trochaicum — — — — | — — — — | — — — — | — — — —, trimetrum iambicum — — — — | — — — — | — — — —. In genere dactylico cum pede, non dipodia, pro metro uterentur pedem — — — — metrum nominaverunt. Inde hexameter — — — — | — — — — | — — — — |

— — — | — — — | — — — sex metra, pentameter — — — | — — — | — — — | — — — quinque habere recte dicebatur. Neque vero te offendere debet, quod in dactylico genere anacrusi adhibita ad rationem alteram regressi dipodia pro metro uterentur sic: — — — — — | — — — — —, qui est dimeter, non tetrameter. Cuius rei causam perspicere videor. Nimirum cum pro intima necessitudine, quae hexametrum inter et pentametrum obtineret, utrumque eodem metro metiri vellent, dipodia vero ad pentametrum metiendum, quippe qui quinque pedum esset, adhiberi non posset, ad singularem illam rationem descenderunt. Verum cum, quos supra retulimus pedes, ad omnes omnium versuum materias metiendas ii pro metris adhibiti non sufficerent, alios invenerunt, quos enumerare longum est, velut — — — bacchium, — — — molossum, — — — creticum, — — — choriambum. Quae omnia cum doctrina metrica continerentur, nequaquam ad artem numerorum pertinebant. Itaque clades ei arti gravissima inflicta est eo, quod ictus et pedes, immo vero numeri simplices sive versiculi et metra misere confunderentur. Quod si quis animo obstinato nomina pedis et metri amplexus perturbationem tristissimam evitare voluerit, pedes rhythmicos et metra rhythmica sive numerosa dicere debebit, pedibus et metris metricorum illa opposita.<sup>1)</sup> Nuper artifex metricus, vir doctissimus, exclamavit: ,utinam desinant tandem magistri nomine pentametri uti, cum constet, eum aequae ac hexametrum sex pedes habere!<sup>2)</sup> Apage vero, sex pedes rhythmicos, qui sunt ictus, ille, quinque, id quod supra vidimus, metricos! B. nisi me fallunt omnia, hunc errorem propagavit, cum diceret: ,Illud autem inprimis notandum, cum Graeci magistri per dipodiam trimetros Iambos scandere iuberent, semper eos intellexisse dipodiam iambicam, adeo ut sic divideretur ex eorum ratione versiculus: ne cui sit vestrum mirum, cur partes seni.<sup>3)</sup> Quodsi re vera magistri, quod B. voluit, fecissent, in ipsa rerum et nominum confusione iam essent versati. Quod credat Iudaeus Apella viro summo, qui non affuit magistris scandentibus, sed boni homines cum remota numerorum ratione materiam trimetri dividerent, idem fecerunt, quod ego hodie: ne cui sit vestrum mirum cur partes seni = — — — | — — — | — — —.

En habes tria metra, itaque trimeter est, sed duos idem cum numeros, binarium et quaternarium, excipiat, senarius est. Nam id arbitror lectorem satis percepisse, me nomina *binarii* etc. nisi de numeris non usurpari velle. Quamquam B. cum veritatem non mente et intelligentia, sed sensu praeciperet, haec verba subiecit: ,Ego iam ab ipsa adolescentia in omnibus Iambicis praeter Tetrametrum Catalecticum, de quo postea dicam, aliam mihi scansionis rationem institui, per dipodiam scilicet trochaicam, hoc modo: poeta<sup>2)</sup> dederit | quae sunt adolescentium.<sup>4)</sup> Rectissime ille. Nimirum haec res est: Graeci nomina a materia desumpta cum versibus imponerent, senarium illum trimetrum vocarunt. Qui, quod ad materiam et metra attinet, sic est notandus: — — — | — — — | — — —, quod ad ictus et numeros sic — — — — — | — — — — —. Iam vide, quomodo septenarium minorem metricae constituerint et denominaverint: — — — | — — — | — — — | — — — sunt quatuor metra iambica deficiente una syllaba; itaque nominabant eum rectissime metrici tetrametrum catalecticum. Iam vero vide numeros: — — — — — | — — — — —. Non est ille octonarius, quod qui media rerum et nominum in confusione versantur, opinati sunt, sed septenarius, ut supra vidimus, septem ictibus, duobus numeris instructus; caesuram habet post octavam. Videlicet isti, qui octonarium captabant, monstrum quoddam numerorum, si Diis placet, invenerunt — — — | — — — | — — — | — — —. Incredibile quidem est auditu, sed deprehendere poteris in libris metricis. Scilicet syllabam decimam tertiam —, non — notabant illi Graecorum auctoritatem, qui ab ancipite abstinerent, violare non ausi, verum quisquis portentum istud pro versiculo sive ordine venditaverit, audacter scribere debebit:

<sup>1)</sup> Idem, si Diis placet, desinet tandem pedem (rhythmicum) iambicum vel anapaesticum, qui non extant, narrare. <sup>2)</sup> Eo signo post *po* addito probavit vir insignis, se sensu certe percepisse, anacrusin non ad ictum, sed ad versiculum pertinere, quod est verissimum.

⊖ ⊘ ⊖. At nisi compositus ex numeris simplicibus, quam legem supra cognovimus, versus non extat; numerus autem simplex duos saltem ictus requirit. Itaque ⊖ ⊘ ⊖, qui est unus ictus, numerus esse non potest, id quod viam nobis munit ad aliud vitium aequae foedum denudandum et extirpandum. Teneamus igitur, ⊘ ⊖ ⊖ numerum esse maxime exiguum, eundemque partem versus maxime exiguam, quae cogitari ac fingi possit. Quod si verum est, doctrina de basi versusum uno ictu constante prorsus est falsa. Sed mera ista metrorum et numerorum confusione factum esse, ut tale vulnus arti infligeretur, iam exponere conabor.

Metrici si vellent velut huiusmodi seriem syllabarum metiri — — — — —, cum pro metro accomodato pedem choriambum — — — — — recte adhiberent, sic dividebant: — — — — —. Iam eam partem, quae metro non congruens relinqueretur cum basin metricam appellarent, habebant dimetrum choriambicum cum basi trochaica; erant etiam, qui dicerent dipodiam choriambicam cum basi. Si pro basi — — restaret, nominabant eam spondiacam, si ⊖ —, iambicam. Haec omnia illi suo iure. Sed quae perturbatio fieri debuit, id quod factum est, si quis talia derivaret in artem numerorum? Fac Graecos illam materiam numeris subiecisse. Tunc haesitabis etiam nunc decernere, quomodo numeros illi constituere pebuerint? Vehementer dubito. Habebis: ⊘ ⊖ ⊖ | ⊖ ⊘ ⊖ ⊖ ⊖

est binarius ionicus minutus cum basi (rhythmica). Sed haec hactenus. Erant priscis temporibus, ad quae rite purganda labor Hercules requireretur. Itaque nunc quidem paulum cessare liceat. Nomina quod attinet, vides, candide lector, me multa a metricis mutuari, ac nescio, an nimis multa;<sup>1)</sup> sed difficillimum est, in re lubrica modum statuere. Quisquis volet plura vel omnia conservare, si quidem triplex robor et aes circum pectus habebit, quo perturbationem mentis et animi ac tristem illam confusionem possit evitare, mea pace et venia periclitabitur.

### Caput III.

Quas theses controversas supra dixi, eae sunt tres: 1) in melicis etiam monosyllaba per synaloephen eliduntur. 2) anceps in caesura (in arsi) legitima est. 3) hiatus in caesura legitimus.

#### § 1.

Nemo suspicari debet, talem elisionem Romanorum aures offendisse, quippe qua quum sermone quotidiano, tum omnibus poetis veteribus non solum essent assuetae, sed quam in ipso carmine Virgilli heroico passim obviam haberent. Cur, quae, in melicis abhorrent? Accedit, quod aiunt, *me, te*, licuisse Horatio elidere; quo tandem discrimine? Habet idem *tecum* altera parte elisum. „At est illud disyllabum.“ At, sodes, id oculis tantum te sentire contendo, non auribus. „At, quidquid est rei, in exemplo meo talia non inveniuntur.“ Equidem scio, sed primum vestigia tamen exstant in codicibus manuscriptis et persuasum habeo, librariorum iam veteres et grammaticos talia, sicut anapaestos in tragicis,<sup>2)</sup> propter severitatem nimiam illam metricam sepelivisse. Sed rem aggrediamur.

C. saec. 5 legitur: quo Sibyllini monuere versus — Ad hunc locum Kh postquam varias lectiones *quo, quos, quod* congressere, scribunt: „*quo et* Hamacher.“ Inde conicias, me pro emendatione mea (quod = quot = quo et) venditasse. Quod secus est. comm. I dixi sane, mea opinione Horatium scripsisse *quo et*, sed eam lectionem apud Paulyum inventam in usum modo meum converti, hac viri doctissimi notula fretus: „quatuor Bland. habent una cum Diuaei exemplari *quod Sibyllini monuere*. Cruquius.“ Usus igitur sum ea lectione quasi pro fundamento, quo mea illa C. I, 1, 6 *quae evchit*, C. IV, 9, 41 *qui honestum* tum quidem niti vellem. Hodie fundamentum magis est firmatum. C. enim II, 3, 11, ubi vulgo legitur *ramis, et obliquo laborat*, Kh optimam lectionem receperunt hanc: *ramis, quo et*. Sed aliis quoque ita placere video. Itaque confidentius in ea

<sup>1)</sup> velut si nomen *cretici* pro versiculo usurpavi, semper tenendum erit, mente et cogitatione *rhythmici* sive *numerosi* addi oportere, ⊘ ⊖ ⊖, non — — —, qui est pes metricus. <sup>2)</sup> v. comm. II.

lectione, ne dicam emendatione, acquiesco. Legem autem misere labare vides. Ceterum illa, quo *arborea umbram consociant et quo lympha trepidare laborat* qui et Virgilio illud *quo congersere palumbae* legit et amantissimum anaphorae Horatium cognovit, mecum sentiet admodum Venusine dicta esse. Iam vero vide haec nova mea:

56) cerea Telephi C I, 13, 2 cum aerea Telephi —

Telephum depingit iuvenem robustum et ferocem, cuius cervicem quidem roseam fuisse facile concesseris, brachia vero neque mollia neque candida neque vero lactea, immo livida potius. Verum non opus est in imagine illa depicta colorém color sequatur; si quidem robore quoque puellae delectantur. Dicit igitur Lydiam pulchritudinem et robur iuvenis laudantem stomachum sibi movere. Quod consentaneum esse facile credas, quia robustissimum aemulum et ferocissimum excutere non potest. Ceterum Kh habent *cerea*, quod suspicor exortum esse ex *caerea* = *c. aerea* = *cum aerea*.

57) nomine Massicum C III, 21, 5 tu omine Massicum —  
*nomine* nihil est, et *tu* repetitum illud praecclare respondet usui Venusino. Verbum non addo.

58) actae non alio rege puertiae actae cum unanimo seque puertiae  
 mutataeque simul togae C I, 36, 8 mutataeque simul togae —

Totum locum intuitus constructionem et collocationem verborum plane Venusinam mecum agnosces. Quod legitur, absurdum est. Quem regem intelligi volunt interpretes, eum probe quidem cognovimus apud Horatium, qui Maecenatem regem habuit, sed hic locus nihil habet regium, quum duorum puerulorum ante togam mutatam familiarium neuter rex haberi possit. Veritate confido.

§ 2.

Et hosce locos manum poetae genuinam referre statuo: C. II, 13, 16 *caeca timet aliunde fata*, 20, 13 *iam Daedaleo ocior Icaro* et quae alia huius generis tradita leguntur. Itaque C III, 23, 18 ubi legitur: *non sumtuosa blandior hostia*, nominativus est *sumtuosa hostia*. Legitur igitur in meo exemplo:

impunis aram si tetigit manus,  
 non sumtuosa blandior hostia  
 mollivit aversos Penates  
 farre pio et saliente mica. —

Perfectum vim aoristi ethici habet; sententia optima, oratio rotunda, prorsus expedita. Sic fere Phidylem alloquitur: ‚Tu vero bono animo operare; quoties manus impunis aram tangit, sacrificium sumtuosum non magis iniquos Penates placeat, quam tenue.‘ Sequitur locus, quem veteres iam metricos propter caesuram cum sanare sibi viderentur, corrupisse contenderim.

59) paullum sepultae distat inertiae paullum insepulta distat inertia  
 celata virtus C. IV, 9, 29 celata virtus. —

A B. *inertia*, qui est ablativus, recepi, addidi meum *insepulta*, qui est nominativus. Poeta in proxime antecedentibus de (virtute sepulta) mortuis locutus iam se convertit ad vivos dicens: ‚vix (a virtute sepulta) differt virtus (insepulta) viva, si per inertiam celatur. Itaque Lollii virtutem id pati non sinam.‘ Sequitur locus difficillimus, adhuc desperatus, quem veteres iam correctores Bestios, quo hiatum removerent, depravasse suspicor.

60) timuitque mortem, timuitque mortem,  
 hic, unde vitam sumeret inscius, sic, unde vitam rumperet aptius,  
 pacem duello miscuit. C III, 5, 37 pace an duello, inscius —

*inscius*, quod sine dubio poetae manum refert, nescio quis furore metrico commotus in *miscuit* commutavit. Sed unum delictum alterum traxit. Scripsit igitur audacter: *pacem duello miscuit*, quod quid esset quamquam nemo mortalis adhuc perspexit, interpretes omnia tamen explicare scimus. Iam vero, quo melius procederet oratio et *unde* haberet, unde penderet, alii pro *aptius* exturbato

*anxius* invexerunt, alii *inscius* nondum extinctum, sed in margine positum alieno loco restituerunt. Restabat ut *rumperet* iam non intellectum in *sumeret*, sic, quo rotundior fieret oratio, in *hic* commutarent. Inde natum est, quod vulgo legimus monstrum horrendum: ,hic, unde vitam *sumeret*, *in*scius pacem duello miscuit.' Sed de origine corruptelae luisse puter. Ingenue fateor, quomodo factum sit, ut pestis illa et nasceretur et aleretur, me nescire, potuit fieri fraude, inscitia, incuria vel scribendi vel audiendi, id modo pro certo videre mihi videor, ab Horatio istam non esse profectam, qui fortasse, quae supra posui, scripsit hoc sensu: ,is miles fortis non erit, qui se capi passus mortem timuit, tantopere *in*scius, utrum pugnando, an se hostibus in captivitatem tradendo vitam *rumperet*.' En habes sententiam Horatio dignam, qui dixit, dulce et decorum esse pro patria mori. Videlicet significat, captivi vitam non esse vitam, sed mortem atque militem ignavum mortem istam foedam morti dulci et decorae praetulisse. Adde unum locum e sermonibus depromptum.

- 61) nil aequale homini fuit illi: saepe velut qui  
currebat fugiens hostem, persaepe velut qui  
Iunonis sacra ferret. S I, 3, 10.  
nil aequale homini fuit illi: saepe velut qui  
currebat fugeret hostem etc. —

Possis suspicari primo aspectu, *qui* ad *illi* referendum esse, ut sic procedat oratio: ,nil aequale fuit illi, qui saepe currebat velut hostem fugiens, persaepe velut, qui Iunonis sacra ferret, habebat etc.' Sed primum offendit te legentem, quod *velut qui* bis positum idque insigni loco non uno eodemque sensu accipiat, tum, quod in tertio orationis membro *qui* desideretur, denique, quod cum antecedit *velut fugiens* non sequatur *velut ferens*. Probandum est igitur, quod vulgo fertur, ut *saepe* incipiat novum enuntiatum. Itaque sic procedit oratio: ,Saepe currebat ille velut qui fugiens hostem currebat, persaepe velut qui sacra ferret.' Denuo quaero, cur non *sacra ferens*? Sed quod tandem est supplementi monstrum illud *currebat*! Apage vero! omnia ista sunt impedita, a more Venusino prorsus aliena. Genuinum *fugeret* corruptum est propter brevem in caesura. Persuasum autem habeo, sexcenties id factum esse in poetis.<sup>1)</sup>

#### Caput IV.

##### De s finali.

Vulgo legitur: hae latebrae dulces, etiam, si credis, amoenae, epist. I, 16, 15.

comm. II hancece emendationem per hypothesin proposui: hae latebrae dulces, etiam si credis Camoenae —

Quam emendationem Kh. receptam sic scripserunt: dulces etiam si credi Camenae.

Libenter viros doctissimos sequor scribentes *Camenae*, libentius etiam animi causa sequor scribentes: *credi*, libentissime illos interpunctionem omittentes. Persuasum enim habeo *dulces* per duplicem relationem<sup>2)</sup> et ad *latebrae* et ad *Camenae* referendum esse. Ceterum comm. II. haec verba addidi: ,Ridet (Cicero) nimium rigorem et morositatem recentium poetarum, qui veterum

<sup>1)</sup> Sicui, quod supra C I, 2, 21 non sine tacito scrupulo me proposuisse fateor: *civile* minus placuerit, hoc loco quaero, num praeferat is: *civi* (= *civibus* = *in cives*) *acuisse*? <sup>2)</sup> Volui profecto supra pollicitus rem gravissimam paucis certe tractare; sed iam cancellis huius muneris et scriptionis cum me coerceri sentiam, nunc quidem per hypothesin egisse videri malim. Adhuc sub iudice lis est.

consuetudinem, qua litteram s finalem verbis detraxerint, fugiant. Atque Horatius Tullii iudicium re, non verbis approbavit. Tum ad emendationem ipsam commendandam haec adieci: ‚Quis enim crederet hominem a pituita molesta vexatum a Musarum cultu non abhorrere?‘ Significavi quoque, plures eius generis locos in Horatio mea opinione inesse, ex quibus hodie nonnullos proponere libet audacissimo, malum! mihi ex melicis ipsis decerptos:

62) commune magnum: C. II, 15, 14 communi magnus: — Verbum non addo.

63) vocatus atque non vocatus audit. C. II, 18, 40 vocatus atque non vocatu gaudet. —

Qui vocatus audit, vocantis vocem sive vocis similitudinem audit, nihil aliud. Itaque qui non vocatus vocem vocantis non audit, nihil audit. Sic sentio, sic censeo. Memini me legere apud poetam recentioris aetatis illustrissimum haec verba: ‚Amor dulcis sonis cogitat; nam cogitationes procul absunt.‘<sup>1)</sup> Verum, sodes, qui cogitat, eius cogitatio adest; itaque procul abesse non potest. Utrum absurdius sit, lectori candido statuendum cum relinquam, Horatium a tanta labe vindicare conor. Charontem narrant a *χαίρω* nomen duxisse. Quod cum suspicer poetam cognovisse et in usum suum convertisse, fortasse mihi non repugnabis scribenti *gaudet*.

64) tempus agens abeunte curru. C. III, 6, 44 tempu canens abeunte curru. —

*canens* est Homeri *ἐπέων*, nuntians. *Agere* nihil aliud significare possit, quam abigere, perturbare. Itaque merito *agens* istud agentes exturbaverimus.<sup>2)</sup>

#### Caput V.

#### De interpolatione.

Omnino Horatium sicut ceteros veterum poetas interpolatum, addendo, delendo, transponendo, varie denique vexando maculatum, depravatum esse hodie nemo sanus negat. Verum ex iis, quae supra scripsi, cunctis, nisi fallor, facile conicias, in arena tam lubrica me summam religionem et cautelam adhibendam esse censere, quippe cum levissima saepe mutatione factum viderimus, ut locus corruptus et fere desperatus nova prorsus facie recepta manus Venusinae genuinum splendorem referre videretur. Sunt tamen, fateor, quae conatum sanandi omnem cum respuant, poetae salutem interitu suo vindicare debeant, inprimis, quae legi Meinekianae, quam toto animo amplector, morem non gerant. Ipse Horatius cum de numeris ceteris locutus ad melica transeat, ‚Musa dedit‘ inquit, ‚fidibus \_\_\_\_\_ referre.‘ Itaque melica omnia principio quidem, quod nemo negat, ad citharam cum canerentur, strophice condita esse oportebat. Quod cum eorum proprium esset et natura comparatum, qui tandem suspicari possis, postea moribus ingeniisque hominum ita fortasse mutatis, ut legere mallent, quam canere, in ea re, quae sita esset in indole, paene dixi, medulla carminis lyrici, quidquam esse mutatum? Merae nugae! tu quidquid in eo genere legeris, audacter mecum contendas, id per strophas sive diversos illae sive similes versus habeant, esse compositum, ita ut, nisi Polyhymnia barbiton tendere refugerit, vere canere, si modo libuerit, possis. Itaque ex eo genere perpauca, qualia in exemplo meo hodie leguntur, proferam:

65) C I, 1 sic incipit:

Sunt quos curriculo pulverem Olympicum  
Collegisse iuvat metaque fervidis  
Evitata rotis palmaque nobilis

<sup>1)</sup> Süße Liebe denkt in Tönen, denn Gedanken liegen fern. <sup>2)</sup> Iterum ad C I, 2, 21 revolvor; nam *civi* minus arridet. Quid censes, si hoc loco non contendere, sed suspicari ausim, poetam priscum morem haud aspernatum scripisse: *civi in* (= *civi(s) in*). Certe s. I, 3, 76 exemplum meum habet: Denique, quatenus excidi penitu, ut vitium irae, cetera etc. Quod vulgo legitur, haud scio an, ne dicam latine, certe Venusinae non sit dictum.

Terrarum dominos evehit ad Deos.<sup>1)</sup>  
Hunc si etc.

Sequuntur quinque strophae punctis omnes terminatae ad *immemor* usque, quod legitur v. 26. Tum statim sequebantur olim, nisi fallor, haec:

66) Te doctarum hederæ præmia<sup>2)</sup> frontium  
Dis miscent superis, (te gelidum nemus  
Nympharumque leves, cum Satyris chori  
Sacro et cum populo), si neque tibus  
Euterpe cohibet nec Polyhymnia  
Lesbous refugit tendere barbiton.  
Quod si me lyricis vatibus inseris,  
Maecenas atavis edite regibus,  
O et praesidium et dulce decus meum,  
Sublimi feriam sidera vertice.

In quibus quae uncis inclusi, interpolata sunt, sicut v. 27 et 28, postea vero depravata, unde monstrum illud *secernunt populo* natum est. Quibus eiectis duae strophae punctis seiunctae fiunt. Eadem ratio, qua verba quondam interpolata, postea corrupta deprehendisse mihi videor, de C. III, 30 valet.

67) Exegi monumentum aere perennius  
(Regalique situm pyramide altius)  
Quod non imber edax, non Aquilo impotens  
Possit diruere aut innumerabilis  
Annorum series et fuga temporum.  
Non omnis moriar multaue pars mei  
Vitabit Libitinam: usque ego postera  
Crescam laude recens. Dum Capitolium  
Scandet cum tacita virgine pontifex,  
Dicar (qua violens obstrepit Aufidus  
Tesqua pauper aquae, Daunus agrestium  
Regnator modulorum ex humili potens  
Princeps<sup>3)</sup> Aeolium carmen ad Italos  
Deduxisse. Modo assume superbiam  
Quaesitam meritis et mihi Delphica  
Lauro cinge volens, Melpomene, comam.

Atque sic carmen olim usurpatum fuisse puto verbis, quae uncis inclusa sunt, interpolatis. Inde postea depravatione facta exoriebantur monstra ista, quae hodie legimus *situ pyramidum* et *qua pauper aquae Daunus agrestium regnator populorum* et *ad Italos deduxisse modos. Sume* etc.

<sup>1)</sup> Vides hodie me in vulgata lectione acquiescere. Post *Deos* interpungitur; ad *hunc si* supplendum est *evehit*. comm. II. cum aliam rationem secutus post *nobilis* punctum ponerem, per incuriam de emendatione *mea* locutus foede peccavi. Debui dicere emendationem Rutgersii. <sup>2)</sup> praemia sunt igitur non eius, qui accipit, sed, qui attribuit, sicut supra. <sup>3)</sup> *obstrepit* - - - usque ad *modo o* (sic!) comm. II leguntur pro Horatianis. Sententiam igitur mutavi.

Accessit punctorum variatio et depravatio. Ab Horatii manu igitur quomodo carmen mea quidem opinione profectum sit, ipse facile existimare poteris.

Ceterum remota Meinekiana permulti sunt meo quidem arbitrio apud Horatium loci, in quibus sepeliendis viri docti cupidius, quam verius ea praecipue de caussa grassati sunt, quod indolem ac virtutem Venusinam omnem aut ignoraverunt aut neglexerunt. Sed in eo genere me latius evagari fines huius scriptionis vetant; quin etiam in proxime antecedentibus a ratione mea accuratius probanda invitus abstinui.

Habes, candide lector, non pauca quidem mea, sed non omnia: desunt praeter alia, quae dignitati ac verecundiae huius scriptionis ut turpicula minus convenire videantur. Verum, truditur dies die, novaeque pergunt interire lunae,<sup>4</sup> spero fore, ut totum exemplum, ex quo sunt illa deprompta, tibi tradam publici iuris factum. Interim pro omine, quod bonum faustum felixque sit, ultimi illius Horatiani particulam certe bona tua pace ac venia licuerit assumere.

Iam nos exiguum spatium confecimus campum  
Necdum tempus equum fumantia solvere colla: at  
Imperiosu trahit Deu Terminu. Vive valeque!  
Mox cursu numero ingens iterabimus aequor.

